Cipio annos natus. xxiiii. imperium in Hispania proconsulare sortitus ultionem patris praecipue & patriui animo intendens Pyrenium transgressus primo impetu Carthaginem nouam cepit: ubi stipendia maxima praesidia ualida copiae auri argentiue magnae Poenorum habebantur: ibi etiam Magonem fratrem Hannibalis captum cum caeteris Romam misit. Leuinus consul ex Macedonia rediens Agrigentum urbem Siciliae expugnauit. ibique Hannonem Aphrodisiae ducem cepit. xl. ciuitates in ditionem accepit. xxvi. expugnauit. Hannibal in Italia Gneum Fuluium proconsulem praeterea tribunos. xi. & vi. M. militum interfecit. Marcellus consul cum hannibale triduum continuum dimicauit. Primo die pari pugna discessum est. sequenti uictus consul. tertio die uictor octo. M. hostium interfecit. ipsumque Hannibalem cum reliquis fugere in castra compulit. Fabius consul Maximus Tarentum. quae a romanis descuerat: iterum expugnauit. & cepit. Ibi que ingentes copias Hannibalis cum ipso duce eius Carthalone deleuit. xxx. M. hominum captiuorum uendidit. pecunia in fiscum retulit. Sequenti anno in Italia Claudius Marcellus consul ab Hannibale cum exercitu occisus est. Scipio in Hispania Poenorum duces Hasdrubalem uicit. & castris exiit. Praeterea. lxxx. ciuitates aut ditione: aut bello in potestatem redegit. Aphris sub corona uenditis sine precio dimisit Hispanos. Hannibal utrumque consulem Marcellum & Crispinum insidiis circumuictos interfecit. Claudio Nerone & Marco Liuiio Salinatore consulibus cum Hasdrubal Hannibalis frater ab Hispaniis per Gallias ad Italiam ueniret: iussusque a Carthaginensibus ut fratri cum copiis iungeretur: magna secum auxilia Hispanorum Gallorumque deduceret cum maturato aduentu descendisse iam ex alpe consulibus perditus fuisset: ab exercitu romano ignorante Hannibale praeventus cum omni exercitu suo interfecit. Diu quidem incertum belli euentus fuit: elephantis maxime Romanam instantibus aciem: qui a militibus romanis occisi sunt: quos a uolitando uelites uocant: quod genus militiae paulo ante fuerat repertum: ut lecti agilitate iuuenes cum armis suis post terga equum sederent: & mox cum ad hostem uentum esset: equi desilirent: & continuo pedites ipsi ex alia parte equitibus per quos aduecti fuerant: dimicantibus hostem perturbarent. Ab his

ergo uelitib⁹ elephāti retroacti cum regi iā a suis nō possent fabrili scal-
pro intra aures adacto necabant: Id gen⁹ occidēdæ cū opus esset: bellux
idē dux Hasdrubal primus iuenerat. Fuit hoc plælio pœnis Metaurus
flumen ubi Hasdrubal est uict⁹ quasi Thrasumenus lacus. & Cessana
Piceni ciuitas ut uicus ille Cānensis. Nam. lviij. M. de exercitu Hasdru-
balis ibi occisa sūt. capta sunt .v. M. cccc. Quatuor. M. ciuiū Romanorū
iter eos repta atq; riuocata sūt: qd̄ uictorib⁹ cōsulibus solatio fuit. Na; &
ab exercitu eorū: viij. M. ccciderunt. Hanibali caput patris sui Hasdru-
balis ante castra p̄iectū est: Quo uiso & simul clade Pœnorū cognita: an-
no tertio. x. quā ī Italiam uenerat: refugit in Brutios. Post hæc anno cō-
tinuo iter Hānibalē & Romanos quies a tumultu belloꝝ itercessisse ui-
sa est: q̄a ī quietudo morboꝝ ī castris erat. & grauissima pestilētia utiq;
exercitus angebant. Interea Scipio uniuersa Hispaia a Pireneo usq; ad
oceanum ī p̄intiam redacta: Romā uenit. Cōsul cum Lycinio Crasso
creatus in Aphricā transiit. Hannonē Hamilcharis filiū ducem Pœno-
rum interfecit exercitūque eius partim eade. partim captiuitate dispdit
Nā. xl. M. Pœnorū eo p̄ælio occidit. Sempronio cōsul cum Hānibale cō-
gressus & uict⁹ Romā refugit. Scipio ī Aphrica aggressus hyberna Pœ-
norū atque alia Numidarū: quæ utraq; haud p̄cul ab Utica erant: nocte
concupia fecit icēdi. Pœni trepidi cū casu accidisse ignē putarēt: iermes
ad extinguendū cōcurserunt. quare facile ab armatis superati sunt uel
oppressi. In utrisque castris. xl. M. hominū igni ferroque consūpta sūt
capta. v. M. duces ipsi miserabiliter abusti ægre effugerunt. Hasdrubal
imperator Carthaginem profugus uenit. Itaque Syphæ & Hasdrubal
mox plurimū reparauere exercitum. atque iteꝝ cum Scipione cōgressi
sunt. uictique fugerunt. Sciphacem fugientem Lælius & Masanissa ce-
perūt. Cætera multitudo Cyrtham confugit: quā Manissa oppugna-
tam in deditiōem recepit. Syphacem ad Scipionē catenis uinctū dedu-
xit: quem Scipio cum īgentibus spoliis plurimisque captiuis Romam
perducendum Lælio tradidit.

Hannibal reuersus ē: ut fessis Carthaginensibus subueniret.

Annibal in Aphricā redire iussus: ut fessis Carthaginensibus
subueniret: flens reliq; Italiā: oībus Italici generis militib⁹ qui
sequi nollēt interfectis: cui cū ad Aphricanū litus p̄pinq̄anti
iussus esset qdam de nauticis a scēdere in arborē nauis atq; inde specula-
ri: quā regionē teneret: sepulchrū dirutū se p̄spexisse respōdit. Abom-
ninatus dictū Hannibal deflexo cursu ad Leptim oppidum copias ex

posuit: ubi continuo refecta multitudine Carthaginē uenit. deinde Scipionis colloquiū petiit. Ibi cū diu se attoniti mutua admiratōe duo clarissimi duces suspexissent: infecto pacis negotio praelium confertū est: quod diu magnis ducū artib⁹ dispositū: magnis copiarū molib⁹ gestū magnis militū uirib⁹ cōsumatum Romanis uictoriā cōtulit. Octoginta elephantib⁹: uel capti uel occisi sūt. Carthaginēsiū interfecta sūt. xx. M. d. Hannibal oīa & ante praeliū & ī praelio expert⁹ cum paucis: hoc ē uix iiii. eqtibus iter tumultū elapsus Andrumetū cōfugit. postea Carthaginē post. xxx. & sex annos quam īde parū cum patre exierat: uenit Cōsultantiq; senatui nullam esse spem residuam: nisi ī petenda pace psuasit. Gaius Cornelio Lentulo Publio Aelio Peto cōsulibus Carthaginen sib⁹ pax per scipionē uolūtate senatus populique cōcessa est. Naues tamē plus quam. d. ī altū pductæ in cōspectu ciuitatis incēse sunt. scipio iam tūc cognomento Africā⁹ triumphans urbē nigressus est: quem Terētius qui postea comicus ex nobilissimis Carthaginensib⁹ captiuis pilleatus: quod idultæ & libertatis insigne fuit: triūphantē post currū secutus est.

Secundum Punicum bellum finitum est & macedonicum successit.

Nno ab urbe condita: d. xlvi. bellum Punicum secundum finitum est: quod gestum ē annis. xvii: cui Macedonicum continuo successit: quod Quīt⁹ Flaminius cōsul sortitus post multa & grauiſſima praelia: qbus Macedones uicti sunt: pacē Philippo dedit. Deinde cum lacedæmoniis pugnauit: uictō Nabide duce ipsorum nobilissimos obsides Demetrium Philippi filium & Armenem Nabidis filium ante currum duxit. Romani captiui: qui sub Hānibale per Græciam captiui uenditi fuerāt: uniuersi recepti capitib⁹ rasis ob deterſam seruitutem: currum triumphantis secuti sunt. Eodem tempore Insubres Boii atque Cœmanni contractis in unum uiribus. Hamilchare Pœnorum duce qui in Italia remanserat Cremonam Placentiamq; uastantes difficillimo bello a Lucio Fuluio prætorē superati sunt. Postea Flaminius procōsul Philippum regem & cū eo Thracas Macedonas Illyrios multasque præterea gentes: quæ ī auxilium ei⁹ uenerāt: bello subegit. Victi Macedones castra amiserūt. viii. M. hostiū eodie cæsa. v. M. capta Polybi⁹ scribit Valerius dicit. xl. M. trucidata Claudius uero. xxxii. M. interfecta commemorat. sed hæc uarietas scriptorū utiq; fallacia ē. Fallaciæ autē causa pfecto adulatio est duz uictoris laudes accumulare uirtutezq; priæ extollere uel præsentibus uel posteris student. Alioqn īq; sit⁹ nō fuisset numerus nec quilibet cunq; fuisset expressus qd' si gloriosus est duci

belli Punicar 2.

& patriæ plurimos hostiũ peremisse quanto magis lætum patriæ ẽ du-
ci beatũ potest uideri suorũ uel nullos uel paucissimos pdidisse Ita luci-
dissime patet quod simili impudentia mentiendi qua occisorũ hostium
numerũ dicit sociorũ quoque amissorũ damna minuunt: uel etiã omĩo
reticẽtur. Igitur Sempronius Tuditanus i Hispania citeriore bello op-
pressus cũ omni exercitu Romano interfecit. Consul Marcellus i He-
truria a Boiis oppressus magnã partẽ exercitus pdidit: cui postea Euri-
us cõsul alter auxilio accessit. atque ita uniuersam Boiorũ gentem igni
feroque uastates p̄p̄modũ usq; ad nihilũ deleuerũt. Lucio Valerio
Flacco Porcio Marco Catone cõsulib; Antiochus rex Syriæ bellũ cõ-
tra populum Romanũ instruens i Europã transiit ex Asia. Tũc etiam
Hãnibal propter excitãdi belli rumores: qui de eo apud Romanos fere-
bant exhiberi Romæ a senatu iussus clam ex Africã p̄fect; ad Antio-
chum migravit quem cũ apud Ephesum iuenisset mox cunctantẽ i bel-
lũ impulit. Tũc etiam lex quæ ab Oppio tribuno plebis lata fuerat: ne
qua mulier plus quãz semunciam auri haberet: neue uersicolori uesti-
mẽto: nec uehiculo per urbẽ uteretur: post xx. años abrogata est. Publio
Scipione Africano itere & Tito Sempronio Longo cõsulibus apud
Mediolanũ. x. M. Galloꝝ cæsa. sequenti aut̄ prælio. xi. milia Gallorum
Romanorũ uero. v. M. occisa sunt. Publius Digi; prætor i Hispania ci-
teriore pene oẽm amisit exercitũ. Marcus Fului; prætor Celtiberos cũ
p̄ximis gentib; uicit. regẽque eorũ cepit. Minutius a Liguribus i extre-
mum piculi adductus & insidiis hostiũ circũuentus uix Numidarum
equitũ industria liberatus ẽ. Scipio Africanus inter cæteros legat; ad
Antiochũ missus etiã cum Hannibale colloquiũ familiare habuit. sed
infecto pacis negocio ab Antiocho discessit. In utraque Hispania p̄ Fla-
miniũ Fuluiũque prætores bella multũ horrida cruentaque utriusq;
populi gesta sunt. Porro Publio Cornelio Scipione & Marco Acilio
Glabrione cõsulibus Antiochus quĩ thermopylas occupasset: quãz
munimine tutior p̄pter dubios belli cõt̄us fieret: tamen cõmissio bello
a cõsule Glabrione supatus uix cum paucis fugit e prælio. Ephesũq;
p̄uenit. Is habuisse fere armatorũ. lx. M. ex quibus. xl. M. cæsa: capta autez
plus quam. v. M. referuntur fuisse. Alter cõsul Scipio cũ Boiorũ gẽte
confligit. in quo prælio. xx. M. hostiũ interfecit. Sequenti anno Scipio
Africanus habens in auxilio Eumenen Attali filiũ aduersus Hanni-
balẽ: qui tũc Antiochi classĩ præerat: bellũ nauale gessit. Antiochus ui-
cto Hannibale & in fugã actõ: simulque oĩ exercitu amisso pacem roga-
uit. filiũque Africani: quẽ utq; explorãter: an i prælio cepisset: icertũ

est: ultro remisit. In Hispania ulteriore Lucius Aemilius proconsul a Lusitanis cum uniuerso exercitu caesus interit. Lucius Cebus in Hispaniam proficiscens a Liguribus circumuentus cum uniuerso exercitu occisus est. unde nunciū quidē supfuisse constat: ut intentionē ipsam Romae Massilienses nūciare curauerint. Consul Fuluius de Graecia in Gallograeciam: quae nūc est Galatia transuectus ad Olympū montē puenit: ad quē uniuersi Gallograeci cum coniugibus & liberis cōfugerant. ibique acerbissimū bellū gessit. Nāque de superioribus locis sagittis & saxis gradibus ceterisque telis Romani grauitē contriti tandē usque ad congressū hostiū prupūt xl. M. Gallograecorum eo praelio interfecta referunt. Martius consul aduersus Ligures profectus: supatusque. iiii. M. militū amisit. & nisi uictus refugisset celeriter in castra: eandē internitiōis cladē: quā Bebius dudū ab eisdē hostibus acceperat: protulisset. Marco Claudio Marcello Quinto Fabio Labeone consulibus Philippus rex qui legatos populi romani interfecerat: propter Demetrii filii sui: quē legatū miserat: uerecūdisimas preces: ueniā meruit. eundēque continuo uelut Romanis amicū sui que proditorem: fratre quoque ipsius ad parricidiū fratris ministro: nihil de utroque miseris mali suspicantē: ueneno necauit. Eodē anno Scipio Africanus ab ingrata sibi urbe diu exulans apud Linterniū oppidū morbo periit. Iisdē etiam diebus Hannibal apud Prusiam Bithyniae regē cum a romanis reposceret: ueneno sese necauit. Philopomenes dux Achaeorum a Messanis captus occisus est in Sicilia. Tūc Vulcani insula: quae ante non fuerat: repente mari edita cum miraculo oīum usque ad nūc manet. Quintus Fuluius Flaccus praetor in citeriore Hispania maximo praelio. xxiii. M. hominū fudit: quatuor milia cepit. Tiberius Sempronius Gracchus in Hispania ulteriore. c. l. oppida uacuata quassataque bellis ad deditiōē coegit. Eadē tēpestate & Lucius Posthumius in citeriore Hispania. xl. M. hostiū bello interfecit. Gracchus praetor ibidemque itaque. cc. oppida expugnauit. & cepit. Lepido & Mutio consulibus Basternarum gens ferocissima auctore Perse Philippi filio: praedae spe sollicitato: & transeundi Istri fluminis facultate: sine ulla pugna uel aliquo hoste deleta est. Nā tūc forte Danubius: qui & Ister crassa glacie supstratus pedestrē facile transitū patiebat. Itaque cum iprouide toto & maximo simul agmine inestimabilis hominum: uel equorum multitudo transiret: enormitate ponderis & concussione gradientium concrepās gelu & glaciali crusta dissiluit uniuersūque agmen: quod diu sustinuerat mediis gurgitibus uicta tandem & cominuta destituit. atque eadem rursus fragmentis impedientibus supducta submersit. Pauci ex oī populo pro utraque ripa uix concisis euasere uisceribus.

Publio Lycinio Crasso & Gaio Cassio Longino cōsulibus Macedōicū bellū gestū ē: merito inter maxia bella referendū. Nā in auxilio Romanorū tota primū Italia deinde Ptolemæus rex Aegypti & Ariarates Capadociæ: Eumenes Asiæ & Masanissa Numidiæ fuerūt. Perses & Macedonas secuti sunt. Thraces cū rege Cothe. & uniuersi cū rege Genitio Illyrii. Itaque aduenienti Crasso consuli Perses occurrit. cōmissoque prælio miserabiliter uicti fugere Romani. Sequenti pugna pene pari clade partis utriusq; in Hyberna discessū ē. Deinde Perses p̄stigato multis præliis exercitu Romano in Illyriū trāsgressus Sulcanū oppidū defensum præsiidiis romanis pugnando cepit: ubi magnam Romanorū præsiidiorū multitudinē partim occidit: partim sub corona uēdidit: partim secū in Macedoniam duxit. Postea cū eo Lucius Aemilius Paulus cōsul dimicauit. & uicit. Nā. xx. M. peditū in eo prælio interfecit. Rex cū eq̄tatu subterfugit. sed cōtinuo captus atq; in triūpho cū filiis ante currū actus post apud Albā in custodia defecit. Filius eius iunior fabricā ærariā ob tolerandam inopiam Romæ didicit. ibique consūptus ē. Plurima præterea & satis diuersis p̄uentibus bella multarū ubiq; gentiū gesta sūt: quæ breuitatis causa prætermisi.

Bella in Hispania gesta.

Nno ab urbe condita. dc. Lucio Lycinio Lucullo & Aulo Posthumio Albino consulis: cū oēs Romanos ingens Celtiberorū metus iuasisset: & ex oib; nō cēt; q; ire in Hispania; uel miles uel legatus auderet: Publius Scipio: q; postea Africanus dicitur: ultro sese militaturū in Hispaniam obtulit: cū tamen in Macedoniā sorte iā deputatus eēt. Itaque p̄fectus in Hispaniā magnas strages gētiū dedit. sapiens etiā tam militis q̄ ducis usus officio. Nā & barbararū p̄uicantē singulariter cōgressus occidit. Sergius autē Galba prætor a Lusitanis magno prælio uictus ē. uniuersoq; exercitu amisso ipse cū paucis uix elapsus euasit. Eodē tpe censores theatrū lapideū in urbe cōstrui censuerunt: quod ne tūc fieret: Scipio Nasica grauiissima orōne obstitit: dicens inimicissimū hoc fore bellatori populo: ad nutriendā desidiā lasciuiamq; cōmetum. Adeoque mouit senatū: ut nō solū uēdi oīa theatro cōparata iussent: sed etiā subselia ludis poni p̄hiberent. Quā ob rem intelligat nri q; bus qcquid extra oblectamentū libidinis occurrit: offensio ē p̄pter hoc quod se infirmiores eē hostibus suis ipsi sentiūt. & fateant theatra accusanda non tpa. nec blasphemandū deū uerū solū: q; usque nūc ea prohibet: sed abominandos deos: uel dæmones suos q; ista petiuerūt: p̄fundo

siqdem fatis malignitatis suæ argumento tale sacrificiū flagitātes: quo non magis fuso cruore pecudū q̄ p̄fligata uirtute hominū pascerētur. Nā utique tunc nec hostes: nec fames: nec morbi: nec p̄digia deerant: immo tūc plurima erant. sed theatra nō erant: in q̄bus quod incredibile dictū ē: ad aram luxuriæ uirtutū uictimæ trucidant. Carthaginē sibi aliquando uisū ē hoīes imolare. sed male p̄sūpta p̄suasio breui p̄termissa ē. A Romanis uero exactū est: ut semet ipsos p̄ditioni īpenderent. Factū esse sic fatent: & clamant: ut fiat: q̄ p̄ mactanda gregis sui pecude fortasse offenderent: & p̄ interficienda cordis sui uirtute lætant. Quin potius Nasicæ erubescāt: qui xp̄ianis exprobandū putant. & non nobis de hostibus quos sp̄ habuerūt. sed illi de theatro: quod haberi p̄hibuerat: conquerant. Igitur in Hispania Sergius Galba p̄tor Lusitanos citra Tagū flumen habitantes cū uolūtarios in deditiōē recepisset: per scelus interfecit. Simulans enī de cōmodis eorū se acturū fore: a circūpositis militibus cūctos inermes incautosq; p̄strauit: quæ res postea uniuersæ Hispaniæ p̄pter Romanorū p̄fidiam causa maximi tumult⁹ fuit.

Iteq; bellū terribile ortū est in Hispania.

Nno ab urbe cōdita. dc. ii. Lucio Censorino & Marco Manlio consulibus tertiū Punicū bellū exortū ē. Igit̄ cū senatus delēdam Carthaginem censuisset: p̄fecti in Aphricam consules & Scipio tunc tribun⁹ militū p̄pe Vticam maioris Aphricani castra tenuerūt. Ibi Carthaginensibus euocatis iussisq; ut arma & naues traderēt nec moratis tanta uis armatorū repente tradita est: ut facile tota ex his Aphrica potuisset armari. Sed Carthaginenses postq̄ arma tradiderūt & relicta urbe secedere p̄cul a mari. x. M. passuū iussi sunt: dolorem ad desperationem contulerunt: aut defensuri ciuitatem: aut cum ipsa per ipsam sepeliendi. ducesque sibi duos creauerūt Hadrubales. armaque primum facere aggressi æris ferrique īopiā auri & argenti metallis suppleuerunt. consules oppugnare Carthaginem statuunt: cui⁹ sit⁹ hui⁹ modi fuisse dicūt. Viginti duo milia passuū muro āplexa tota mari pene cingebat absque faucibus: quæ. iii. M. passuum a piebant. Is loc⁹ murum. xxx. pedes latum habuit saxo quadrato in altitudine cubitorū. xl. Arx: cui Byrsæ nomen erat: paulo amplius quam. ii. M. passuū tenebat. Ex una pte mur⁹ cōis erat urbis & Byrsæ: iminens mari: quod mari stagnum uocabant: quoniam obiectu p̄tentæ linguæ tranquillatur. Consules igit̄ quī aliquantā muri partem quassatam machinis diruissent:

tamen a Carthaginensibus uicti ac repulsi sunt: quos fugientes Scipio repulso intra muros hoste defendit. Censorinus in urbem rediit. Manlius omissa Carthagine ad Hasdrubalem arma conuertit. Scipio Masanissa mortuo inter Masanissæ filios tres Numidiæ regnum diuisit: quo circa Carthaginē reuerso Manlius Tezagam urbem expugnauit atque diripuit. Duodecim. Milia Aphrorum caesa: sex. Milia capta sunt. Hasdrubal Pœnorum imperator Masanissæ nepos subscilicet fragmētis in curia a suis propter suspicionem perditionis occisus est. Iuencius prætor in Macedonia aduersus Pseudophilippum congressus cum maxima clade totius romani exercitus interfectus est.

Tertium bellum Punicum actum est.

Anno ab urbe condita. dc. vi. id est anno. l. post bellum Punicum secundum Gneo Cornelio & Lentulo Lucio Mummio consulibus Publius Scipio superioris anni consul delere Carthaginē summa sorte molitus Cothonem ingredi: ubi dum sex continuis diebus ac noctibus pugnatur: ultima Carthaginenses de spatio traxit ad ditionem: petentes: ut quos belli clades reliquos fecit: saltem seruire liceat. Primum agmen mulierum satis miserabile. post uirorum magis deforme descendit. nam fuisse mulierum. xxv. Milia. uirorum. xxx. Milia. memoria traditum est. Rex Hasdrubal se ultro dedit. Transfugæ: qui Aesculapii templum occupauerat uoluntario præcipitio dati igne consumpti sunt. Vxor Hasdrubalis se duosque filios secum uirili dolore & furore foemineo in medium iecit incendiū: eundem nunc mortis exitum faciens nouissima regina Carthaginis: quem quondam prima fecisset. Ipsa autem ciuitas decem & septem diebus continuis arsit. miserumque spectaculum de uarietate conditionis humanae uictoribus suis præbuit. Diruta est autem Carthago omni mirabili lapide in puluerem comminatio. dcc. post anno quo condita erat. Multitudo omnis captiuorum exceptis paucis principibus uenudata est. Ita. iiii. postquam coeptum fuit anno: bellum Punicum tertium terminatum est. Sed mihi quolibet studiose querenti: uerumtamen homini tardioris ingenii nusquam omnino causa belli Punicum tertium: quam instantem Carthago accenderit: ut iuste euertere decerneret: eluxit. Illudque me uel maxime mouet: quod si ita: ut in superioribus bellis euidens in assurgentem causam & dolor accendebat: consultatio non oportet erat. At uero cum alii Romanorum propter perpetuam Romæ securitatem delendam esse decernerent. alii uero propter perpetuam Romanæ uirtutis curam: quæ sibi spes ex suspicionem æmulæ urbis impenderent: ne uigor romanus bellis semper exercitus in languidam segnicem securitate atque ocio solueret

incolumē Carthaginē statui suo permittendā esse censerent: causam
non ex iniuria laceffentiū Carthaginensium: sed ex inconstantia torpe
fcentiū Romanorū ortam inuenio: Quod cum ita sit: cur christianis tpi
bus imputant. hebetationē ac rubiginem suam: qua foris crassi: int^o exe
si sunt: qui porro ante. dc. fere annos: sicut sui timētes prudentesq; prae
dixerant: eotam illam splendoris & acuminis sui Carthaginem pdiderūt
Itaque finem uolumini faciā: ne forsitan collidēdo uehementi^o discussa
ad tempus rubigine: ubi necessariū acumen elicere uon possum: supua
cuam asperitatē inueniam: q̄q̄ obuiantem asperitatem nequaquā expa
uescerem: si interioris spem acuminis inuenirem.

PAULI OROSII IN Q. VINTVM HISTO
RIARVM LIBRVM PRAEFATIO.

Cio aliquantos post hęc deinceps pmoueri posse
quod uictoriae Romanae multarū gētium & ciuita
tū strage crebescūt: q̄q̄ si diligenter appendāt: pl^o
damni inuenient accidisse: q̄ cōmodi. Neque enim
parui pendenda sunt tot bella seruilia: socialia: ci
uilia fugitiuorū: nullorū utiq; fructuū & magnarū
tamen miseriarū. Sed cōniueo: ut quēadmodū uo
lūt: ita fuisse uideat: unde arbitror esse dicturos. Ecquid his tpi
bus beatus: q̄b^o cōtinui triūphi: celebres uictoriae: diuites praedae: nobiles pōpae
magni ante curr^o reges & longo ordine uictae gentes agebant: q̄bus bre
uiter respondebit: & ipsos de tpi
bus solere causari: & nos p̄ eisdē tpi
instituisse sermonē: quae tempora non uni tantū urbi attributa. s; orbi
uniuersa constat esse coia. Ecce q̄ feliciter Roma uincit: tam infeliciter
quicqd extra Romam ē uincit. Quanti igif pēdēda est gutta hęc labo
riose felicitatis: cui a scribis unius urbis beatitudo in tanta mole infelici
tatis: per quam agit toti^o orbis euersio? Aut si ideo felicia putant: quia
uni^o ciuitatis opes auctae sunt. cur non poti^o infelicissima iudicent q̄bus
miserabili uastatione multarū ac bene institutarū gentiū potētissima re
gna ceciderūt? An forte aliud tūc Carthagini uidebatur. cū post annos
c. xx. q̄bus modo belloꝝ clades: modo pacis conditōes perhorrescēs nūc
rebelli intentione: nūc suppliciter bellis pacem: nūc pace mutabat bella?
nouissimeque miseris ciuibus passim se in ignem ultima desperatione ia
cientibus unus rogas tota ciuitas fuit: cui etiā nūc situ paruae mœnib^o
destitutae pars miseriarū est audire: quid fuerit. Edat Hispania sententiā

suam: cum per annos. cc. ubique agros suos sanguine suo rigabat: inportunūque hostem ultro hostiatim inquietantē nec repellere poterat nec sustinere: cum se quique diuersis urbibus ac locis fracti cæde belloy: ob sidionū fame exinaniti: interfectis cōiugibus: ac liberis suis ob remedia miseriarū cōcursu misero ac mutua cæde iugulabant. Quid tūc de suis tēporibus sentiebat: ipsa postremo dicat Italia: cur per annos. cccc. Romanis utique suis contradixit. obstetit. repugnauit: si eorū felicitas sua in felicitas non erat: Romanosque fieri reorū dominos bonis communib' nō obstabat. Non requiro de innumeris diuersarū gentiū populis diu antea liberis tūc bello uictis: patria abductis: precio uenditis: seruitute dispersis: quid tunc sibi maluerint: quid de Romanis opinati sint: qd de tēporibus iudicauerint. Omitto de regibus magnarū opū: magnarū uiriu: magnæ gloriæ diu potentissimis: aliquando captis: seruiliter catenatis: subiugum missis: ante currū actis: in carcere trucidatis: quorū tam stultum est exquirere sententiam: quam durum non dolere miseriam. Nos: nos inquam ipsos uitæque nostræ electionem: cui acquiescimus consolamur. Maiores nostri bella gesserunt. bellis fatigati pacem petētes tributa obtulerūt. Tributum precium pacis ē. Nos tributa pendimus: ne bella patiamur. ac per hoc in portū ad quem illi tandem p̄ euadendis malorum tempestatibus confugerunt. nos consistim' & manemus. Igitur nra tpa uiderimus: utriusque felicia. certe feliciora illis ducimus. quam: quod illi ultimo delegerūt: nos continue possidemus. Inquietudo. n. belloy qua illi attriti sūt: nobis ignota est. in ocio aut: quod illi post imperiū Cæsaris natiuitatēque christi tenuiter gustauerūt: nos nascimur. & senescim'. qd illis erat debita pensio seruitutis: nobis est libera collatio defensionis. Tā tumque interest inter præterita præsentiaque tpa: ut quod Roma in usū luxuriæ suæ ferro extorquebat a uostris: nunc in usum cōis rei publicæ conferat ipsa nobiscū. Aut si ab aliquo dicitur: tolerabiliores parentib' nostris romanos hostes fuisse: quā nobis Gotos esse audiat & intelligat quanto aliter: quam circa se ipsum agitur: sibi esse uideatur. Olim cum bella toto orbe feruebant: quæque puincia suis regibus: suis legibus: suisque moribus utebatur: nec erat societas affectionu: ubi diffidebat diuersitas potestati. Postremo solutas & barbaras gentes qstande ad societatem adduceret: quas diuersis sacrorū ritibus institutas etiā religio sepabat. Si quis igitur tunc acerbitate malorū uictus patriam cu: hoste deseruit: quem tandē ignotum locum ignotus adiit: quam gentē generaliter hostē hostis orauit: cui se congressu primo credidit: non societate nominis iuitatus: non cōmuniōe iuris adductus: nō religionis unitate

securus? An paꝝ exēpli dederūt Busris in Aegypto peregrinoꝝ infeli-
citer incurrentiū impiissimus imolator? crudelissimaque circa aduenas
Dianæ Tauricæ litatura. sed magis crudelia sacra Thraciæ cū Polyne-
store suo usque ad p̄pinquos hospites scelerata. & ne antiquitatibꝰ ui-
deat imorari: testis est Roma de Pompeio interfecto. testis ē Aegyptus
de interfecto Ptolemæo. Mihi aut̄ prima qualescūq; motus p̄turbatōe
fugienti: de cōfugiendi statōe securo ubique patria: ubiq; lex & religio
mea est. nūc me Africa tā libenter excepit: quā cōfidenter accessi. Nūc
me inquā ista Africa pace simplici excepit sinu p̄prio iure cōi. de qua
aliquando dictū & uere dictū ē. hospitio p̄hibemur harenæ. bella cient.
primaq; uetant cōsistere terra. Nūc ultro ad suscipiēdos socios religio-
nis & pacis suæ beniuolū late gremiūm p̄dit: atq; ultro fessos: quos fo-
ueat: iuitat.

Per fidē christianam ubique securus esse p̄grinū.

Atitudo orientis: septentrionis copiositas: meridiana diffusio
magnarū insularū largissimæ tutissimæque sedes mei iuris &
noīs sunt. quia ad christianos & Romanos Romanꝰ & xpianꝰ
accedo. Nō timeo deos hospitis mei. nō timeo religionem eiꝰ nec me.
non habeo talem: quem p̄timecam locū: ubi & possessori liceat p̄petraꝝ
quod uelit: & p̄grino non liceat adhibere: quod cōuenit ubi sit ius hos-
pitis: quod meū non sit. Vnus deus: q̄ t̄pibus: quibus ipse inotescere uo-
luit: hanc regni statuit unitatē: ab oībus & diligis & timetur. Eadem le-
ges quæ uni deo subiectæ sūt: ubiq; dominant. ubicūque ignotꝰ accesser-
o: repentinam uim: tanq̄ destitutꝰ nō pertimesco. Inter Romanos ut di-
xi: Romanus: inter christianos christianus: inter hoīes homo legibꝰ im-
ploro rem publicā: religione conscientia: cōmunionem naturam. utor tem-
porarie oī terra quasi patria: q̄a: quæ uera ē. & illa quam amo: patria: in
terra penitus nō ē. Nihil perdidit: ubi nihil amaui: totumque habeo: qd̄
do. Quem diligo: mecum est. maxime: quia & apud oēs idē est: q̄ me nō
modo notū oībus ueꝝ & p̄ximū facit: nec egentem deserit: q̄ ipsius est
terra & plenitudo eius: ex qua oībus oīa iussit esse cōia. Hæc sūt n̄orū
tempoꝝ bona: quæ in totū uel in tranquillitate p̄sentiū: uel in spe futu-
roꝝ uel in p̄fugio cōi non habuere maiores. ac per hoc incessabilia bel-
la gesserūt: q̄a mutandarū sediū cōiōne non libera p̄sistendo in sedibꝰ su-
is aut infeliciter necati sunt: aut turpiter seruiert. Quod clarius prom-
tiusque ipsis uetereꝝ gestis p̄ ordinē explicatis aperiet. Anno ab urbe cō-
dita secentesimo sexto: hoc est eodem anno: quo & Carthago deleta est

Gneo Cornelio Lentulo & Lucio Mūmio consulibus ruinā Carthagini
nis euerfio Corīthi subsecuta ē: quax̄ potētissimaȳ urbiū paruo uni⁹
temporis intervallo per diuersas mūdi partes miserabile colluxit incen
diū. Nam cū Metellus præter Acheos Boetiosque duobus bellis hocjē
primo apud thermopylas: iteq̄ in Phocis deuicisset quoz̄ priore bello
occisa esse. xx. M. secūdo. vii. M. cæsa Claudi⁹ historicus refert. Valeri⁹
Antias in Achaia pugnatū esse. & xx. M. Acheorū cū duce suo Dieuo
cecidisse cōfirmat. Polybius uero Achiuus q̄ uis tunc in Apbrica cū Sci
pione fuerit: tamē q̄a domesticam cladem ignorare non potuit: semel in
Achaia pugnatū Critolao duce uerit. Dieuū uero adducentē ex Arca
dia milites ab eodē Metello prætorē oppressum cū exercitu docet. S; de
uarietate discordantiū historicoz̄ aliquanta iam diximus: quorū suffi
ciat detecta hæc & male nota mendacioz̄ nota. quare par̄ credendū esse
in cæteris euidenter ostendūt: qui in his quoque quæ ipsi uiderunt. di
uersi sunt. Igitur post extincta totius Achaia præsidia: destitutarū ur
biū euerfionē metello prætorē meditāte cōsul Mūmius repentinus cū
paucis uenit in castra: q̄ dimisso statim metello Corinthū sine mora ex
pugnauit: urbē toto tunc orbe longe oīum opulentissimā: quippe quæ
uelut officina oīum artificū atque artificioz̄ & emporiū cōe Asia atq; 3
Europæ per multa retro sæcula fuit. Permissa crudeliter etiā captiuis
prædandi licentia sic oīa cædibus ignibusq; cōpleta sūt: ut de murorū
ābitu quasi e camio in unū apicē coartatū exūdaret incēdiū. Itaq; plu
rima parte populi ferro flāmisque consūpta reliqua sub corona uendi
ta ē. Vrbe incensa muri fūditus diruti sūt. Muralis lapis in puluerē re
ductus. præda ingens erepta ē. Sane cū ppter multitudinē & uarietatez̄
statuaz̄ simulachrorūque in illo ciuitatis incēdio permista in unū au
ri argenti atque æris oīa simul metalla fluxissent: nouū gen⁹ metalli fa
ctū est: Vnde usque in hodiernū diē siue ex ipso siue ex imitatiōe ei⁹ æs
Corinthium: sicut memoriæ traditū ē: & Corinthia uasa dicuntur.

Itaq; bella grauiā surrexisse in Hispania.

Isdem consulibus Viriatus in Hispania genere Lusitanus: hō
pastoralis & latro primū infestando uias: deinde uastando pu
cias: postremo exercit⁹ prætorē & consulū Romanorū uicendo
fugando: subiiciēdo maxio terrori Romanis oībus fuit. Siqdē Iber̄ &
Tagū maxima & diuersoz̄ locoz̄ flumina late transgrediētī & puagā
ti Gaius Vecili⁹ prætor occurrit: cōtinuo cæso usq; ad internitionē pene
oī exercitu suo uix ipse prætor cum paucis fuga lapsus euasit. Deinde

Gaiū Plautiū prætorē idem Viriatus præliis multis fractum fugauit. Post & Claudi⁹ Vnimanus cū magno apparatu belli instructi cōtra Viriatum missus quasi p̄ abolēda superiore macula: turpiore auxit ipse infamia. Nam cōgressus cū Viriato uniuersas quas secū deduxerat copias: maxima sq; uires Romani exercit⁹ amisit. Viriatus trabeas: falces: cæteraque insignia Romana in mōtib⁹ suis trophæa præfixit. Eodē tpe. ccc. Lusitani cū. M. Romanis in quodā saltu contraxer̄ pugna: in qua. lxx Lusitanos: Romanos aut. ccc. xx. cecidisse Claudi⁹ refert. Et cum uictores Lusitani sparsi ac securi abirent: un⁹ ex his longe a cæteris segregatus cū circūfusis eqtibus pedes ipse deprehensus unius eorū equo lancea p̄fosso ipsius eqtis ad unū gladii iētū caput descuisset: ita oēs metu p̄culit: ut p̄spectantib⁹ cūctis ipse cōtēptim atq; ociosus abscederet. Appio Claudio Quinto: Cæcilioque Metello cōsulibus Appi⁹ Claudi⁹ aduersus Salascos Gallos cōgressus & uictus. x. M. militū pdidit. Repata pugna. v. M. hostiū occidit. Sed cū iuxta legē qua constitutus erat. ut q̄sq; v. M. hostiū pemisset: triūphandi hēret ptātem: iste quoq; cū triumphū expectasset: p̄pter dāna uero superiora nō ipetrauisset: infami ipudētia atq; ambitōe usus: priuatī cū trib⁹ triūphauit Lucio Cæcilio Metello & Fanio Maxio Seruiliano consulibus inter cætera p̄digia Androgynus Romæ uisus iussu haruspiciū i mare mersus ē. sed nihil ipie expiatōis p̄curatio p̄fecit. Nā tanta subito pestilētia exorta ē ut ministri quoq; faciēdorū funerū primū nō sufficerēt. deinde nō essent. itaq; magnæ domus uacua uiuis: plenæ mortuis remanserunt. largissimæ itrorsum hæreditates. & nulli penitus hæredes. Deinde iam non soluz i urbe uiuendi: sed etiā appropinquādi ad urbē negabat facultas. Tā saui p̄ totā urbē tabescentiū sub tectis atq; in stratis suis cadauerū putores exhalabant: Expiatio illa crudelis & uia mortib⁹ hoīū morte hoīs instruēs: tandē Romanis iter miserias erubescētib⁹: quā misera & uana eēt inotuit. Ante enī in suffragiū præueniēdæ cladis est habita: & sic pestilentia subsecuta ē: quæ tamen sine ullis sacrificiorū satisfactiōib⁹ tantummodo s̄m mensurā arcani iudicii expleta correptiōe sedata est: quā si artifices illi circūuentiōnū aruspices sub ipsa: ut assolent: declinatiōe morborū forte celebraffent: proculdubio subsidiis & ritib⁹ suis reductæ sanitatis gloriam uēdicassent. Ita misera & ad sacrilegia male religiosa ciuitas mendaciis: q̄bus liberari nō poterat: eludebat ur. Igitur Fabi⁹ cōsul contra Lusitanos & Viriatū dimicans Bacciam oppidū: quod Viriat⁹ obsidebat: depulsis hostib⁹ liberauit: & in deditiōem cū plurimis aliis castellū recepit. Fecit facin⁹ etiā ultimis barbaris Scythiæ: non dicā

Romanæ fidei & moderatōi execrabile. Quingentis enī principib⁹ eorū
quos societate mutatos deditiōis iure susceperat: man⁹ præcidit. Pōpci⁹
sequētis anni cōsul fines Numantinorū ingressus: accepta maxia clade
discessit: non solū exercitu pene oī pffigato: uer⁹ etiā plurimis nobiliū
qui eius militiæ aderant: interēptis. Viriat⁹ autē cū per. xiiii. ānos Roma
nos duces atq; exercit⁹ p̄triuisset: insidiis suorū interfectus ē: ī hoc solo
romanis circa eū fortiter agentibus: quod p̄cussores ei⁹ idignos p̄mio
iudicarunt. At ego non mō nūc. uer⁹ etiā sæpe intertexere orientis illa in
extricabilia bella poterat: quæ raro unq̄ nisi sceleribus aut incipiūt: aut
terminant. sed romanorū: cū quibus nobis actio ē tanta sūt ut iure fasti
diantur aliena. Mithridates tūc siquidem rex Parthorū sextus ab Arsa
ce: uictō Demetrio præfecto Babylonīā urbē: finesque ei⁹ uniuersos ui
ctor inuasit. Oēs præterea gentes: quæ inter Hydaspē fluuiū & Indū
iacent: subegit. Ad Indiā quoq; cruentum extendēs imperiū Demetriū
ipsū sibi secūdo bello occurrentem & uicit. & cepit. quo capto Diodot⁹
quidam cū Alexandro filio regnū eius & regiū nomen usurpauit: qui
postea ipsum Alexandrū filiū: quem participē periculi in puadendo re
gno hūerat: ne in obtinendo consortē haberet: occidit. Marco Acmilio
Lepido & Gaio Hostilio Mancino consulib⁹ p̄digia apparuere diuer
sa. & quantū in ipsis fuit ex more curata sūt. sed non sp̄ aucupatoribus
euentuum & structoribus fallaciæ haruspicibus opportuni casus suf
fragant. Nanque Mancin⁹ consul postq̄ a Popilio apud Numantiaꝝ su
scepit exercitū: adeo prælia infelicer cūcta gessit. atque in id suprema
desperatiōe perductus ē: ut turpissimū fœdus cū Numantinis iisdē fa
cere cogere: quibus & Pōpeius iam aliud æque infame fœd⁹ eorū iisdē Nu
mantinis paulo ante pepigisset. Senat⁹ dissoluit fœdus. & Mancinū tra
di præcepit Numantinis: qui nudato corpore: manibus post tergū reuī
ctis ante portas Numantinorū est expositus. Ibi que usque in noctē ma
nens: a suis disert⁹: ab hostibus autē nō susceptus lachrimabile utrisque
spectaculū præbuit.

Quod falsa numina sibi usurparunt Romani.

Xclamare hoc loco dolor exigit: cur falso uobis Romani mag
na illa numina iusticiæ ac fidei fortitudis & misericordiæ uēdi
catis? A Numantinis hæc ueri⁹ discite. Fortitudine op⁹ fuit. pu
gnando uicerunt: Fides exigebatur: credentes aliis s̄m se: quos occidere
potuerant: pacto fœdere dimiserunt. Iusticia probanda erat. p̄buit eaz
uel tacitus senatus: cum iisdē Numantini per legatos suos aut īuiolatā

pacem solā: aut oēs quos pignore pacis accepto uiuos dimiserant: re-
scebant. Misericordia examinanda uidebat. satis documēti dederūt uel
emittendo ad uita inimicū exercitū: uel ad pœnā nō recipiēdo Mācinū.
Mancinus ne rogo dedēdus fuit: q̄ uicti exercitus ipendentē trucidatio-
nem prætentu boni pacti fœderis dispulit: q̄ periclitantes patriæ uires ī
meliora tpa reseruauit. At si displicuit fœdus quod pactum est cur mi-
les hoc pignore redēptus: aut cū reuertereceptus ē: aut cū repeteret
reddit? nō ē? At si placuit seruati militis qualiscūque p̄uisio: cur Man-
cinus q̄ hoc pepigit: solus dedit? fuit? Nup̄ Varro: ut p̄prop̄era pugna ī
iretur: collegā Paulū obluētantē ipulit. trepidantē pr̄cipitauit exerci-
tū. infelices copias apud infames illas Romanis cladibus Cannas nō dis-
posuit certamini. sed opposuit morti plus q̄. xl. M. ibi militū romanorū
sola ipatentia sua: de qua sibi uictoriā iam duduz Hannibal pr̄sume-
bat: amisit. Collega etiā Paulo quo tandē uiro? pdito nouissime ī urbe:
pene solus ipudentissime redire ausus meruit ipudentiæ suæ pr̄miuz
Nī gratiæ ei: quod de re publica non despasset: quam tamē ipse fecerat
despatā: publice in senatu actæ sūt. Porro Mancin? q̄ sorte bellica circū
uentū exercitū ne pderet: laborauit. ab eodē senatu deditiōe dānatus est
Scio Romani & illud in Varrone displicuit. sed tpi concessū ē. & hoc in
Mancino placuit. sed secundū tēpus pr̄sūptū ē. atq; iō ab initio p̄feci-
stis: ut nec ciuis cōsulat cōuenienter ingratis. nec hostis fideliter credat
infidis. Interea Brut? in interiore Hispania. lx. M. Gallogræcorū: q̄ Lusit-
anis auxilio uenerāt: asperrimo bello & difficili: quāuis incautos circū
uenisset: oppressit: quorū in eo pr̄elio. l. M. occisa. sex. M. capta referunt
pauci fuga euaserūt. In citeriore Hispāia Lepid? p̄cōsul Vacceos īnoxia
gentē & supplicē & senatu p̄hibente p̄tinaciter expugnare tētauit. Sed
mox accepta clade grauissima iprobæ p̄tinaciæ pœnas luit. sex. M. q̄ppe
Romanorū in hoc iusto bello iustissime cæsa sūt reliq; exuti castris: ar-
mis etiā pditis euaserūt. Nec min? turpis hæc sub Metello clades: quaz
sub Mācino fuit: quare nūc sibi hæc tpa loco felicitatis ascribāt nō dico
Hispani tot pulsati fatigatiq; bellis. sed ipsi Romāi tā cōtinuis subacti
cladib? totiēsq; sup̄pati ut nō exprobrē: quot pr̄tores eorū: quot legati:
quot cōsules: quot legiōes: quanti q; exercit? consūpti sunt. Illud soluz
reuolo quāta fuerit timoris amētia. Miles roman? hebetat? ut iaz nec
ad experimentū qdē belli cohibere pedē: atq; offirmaī aīum posset. sed
mox conspecto Hispano specialiter hostē diffugiens: uinci se pene pri?
crederet: q̄ uideri. Quo argumēto patet apud utrosq; misera illa tpa iu-
dicata: cū & Hispani etsi uincere poterāt: iuuiti tamē desererent oia sua

dulcia & bella externa tolerarent. & Romani quanto impudenti⁹ alienæ
qeti sese ingererent: tanto turpi⁹ uincerentur.

In urbe Roma puer⁹ natum nouum monstrum. & in Sicilia monte³
Aetnâ uastos ignes eructasse.

5 Eruiio Fuluio Flacco & Quinto Galphurnio Pisone cōsulib⁹
Romæ puer ex ancilla nat⁹ est quadrupes: quadriman⁹: oculis
iiii. aurib⁹ totidem: natura uirili duplex. In Sicilia mons Aetna
uastos ignes eructauit. ac fudit: qui torrentū modo p̄p̄ræcipites prona
proxima quæque corripientib⁹ exuffere flâmis. longinq̄ ora aut fauillis
calidis cū uapore graui late uolitantibus torruerit: quod Siciliae sp̄ uer
naculū genus monstri nō portendere malum assolet. sed inferre. In Bo
noniensi agro fruges in arboribus natæ sunt. Igitur in sicilia bellū ciui
le ortum est: quod adeo graue & atrox multitudine seruorū tunc ad ar
ma instructorū copiaq̄ & magnitudine uiriū fuit: ut nō dica³ prætores
Romanos: quos penit⁹ profligauit. sed cōsules quoq̄ terruerit. Nā. lxx
M. seruorū tū in arma cōspirantiū³ fuisse referuntur: excepta urbe Me
fana: quæ seruos liberaliter habitos in pace cōtinuit. Cæterū sicilia i hoc
quoq̄ miserior est q̄a insula: & nunq̄ erga pactum suum iuris idonea:
nunc tyrannis subiecta: nunc seruis: uel illis dominatu improbo exigen
tibus seruitutē: uel istis p̄ræsumptiōe p̄uersa cōmutantibus libertate³:
maxime q̄a clausa undique mari egerere foras nō facile pōt intestinum
malū. Viperinā quippe conceptionē pditionis suæ aluit: sua libidīe au
ctam. sua morte uicturā. In hac aut seruilis tumult⁹ excitatus quāto ra
rior cæteris: tanto truculētior est: q̄a intentiōe cōmouetur libera multi
tudo: ut patriam augeat: seruilis: ut perdat.

Scipio consul creatus Numantiam deletuit.

Nno ab urbe cōdita. dc. xx. cum maior pene infamia de foedere
apud Numantiā factō: quam apud Caudinas quondā furcu
las pudorē Romanæ frontis oneraret. Scipio Aphrican⁹ cōsen
su oīū³ ex tribuno cōsul creatus: atq̄ ad expugnandā Numantiam cū
exercitu missus ē. Numantia aut ceterioris Hispaniæ haud p̄cul a Vac
ceis & Cantabris. in capite Gallatiæ sita: ultia Celtiberorū fuit: Hæc per
annos. xiiii. cū solis. iiii. M. suorū. xl. M. Romanorū nō solū sustinuit: s̄
etiam uicit. pudēdisq̄ fœderibus affecit. Igit Scipio Aphrican⁹ Hispan
iam igressus nō ilico se ingessit hostibus ut q̄si incautos circūueniret
sciens nunq̄ id genus hoīū³ adeo in ociū corpore atque aīo resolui: ut

non ipsa qualitate habitudinis suæ apparatus aliorum præcelleret. sed ali-
quandiu militem suum in castris uelut in scholis exercuit. Et cum parte æsta-
tis totamque hyemem: ne attentata quod pugna transegisset: sic quoque partem
propemodum hac profecit industria. Namque ubi copia pugnandi facta est ex-
ercitus romanus oppressus impetu Numantinorum terga conuertit: sed incre-
patione & minis obiectantis sese consulis: manuque retinentis tandem indi-
gnatus in hostem rediit. & quem fugiebat fugere compulit. Difficilis in re
latu fides. Numantinos effugauere. & fugientes uidere Romani. Vnde
quis Scipio: quia præter spem acciderat: lætatus & gloriatus esset. tamē ul-
tra bellum aduersus eos audendum non esse professus est. Itaque Scipio insisten-
dum inopinatis prouentibus censuit. urbem ipsam obsidione conclusit. fossa &
circūdedit: cuius latitudo pedibus .x. altitudo .xx. fuit. Ipsam deinde uallibus
sudibus præstructam crebris turribus communiuit. ut si qua ab erumpente ho-
ste in eum tentaret irruptio: iam non quasi obsessor cum obsesso: sed uersa uice
obsessus obsesso repugnaret. Numantia autem intumulo sita haud procul
a flumine Durio tria. M. passuum ambitu muri amplexabatur: quibus aliqui asse-
rant eam & paruo situ & sine muro fuisse. Vnde credibile est: cum hoc spatii
cura alendorum custodiendorumque pecorum: uel etiam exercendi ruris comodo:
cum bello premerentur: incluserint: ipsi arcem paruam natura munitam obtinentes
Alioquin tantam paucitatem hominum tam amplum urbis spatium non munire magis
quam perdere uidebatur. Igitur conclusi diu Numantini: & fame trucidati dediti-
onem sui obtulerunt. si tolerabilia iuberentur: sæpe etiam orantes iustæ pu-
gnæ facultatem: ut tanquam uiris mori liceret. Ultimo omnes subito duabus por-
tis eruperunt: larga prius portione usi non uini: cuius ferax is locus non est: sed
succo tritici per artem confectio: quem succum a calefaciendo celiā uocant. Susci-
tata enim ignea illa uis germis madefactæ frugis. ac deinde siccatur. & post
in farinam redacta molli succo admisceat: quo fermento sapor austeritatis
& calor ebrietatis adiicitur. Hac igitur portione post longam famem recalescentes
bello sese obtulerunt. Atrox diu certamen & usque ad piculum romanorum fuit
Itaque romani pugnare se aduersum Numantinos fugiendo præbauissent ni-
si sub Scipione pugnassent. Numantini interfectis suorum fortissimis bello
cedunt: compositis tamē ordinibus. nec sicut fugientes in urbem reuertuntur
corpa interfectorum ad sepulturam oblata accipere noluerunt. nouissima spe des-
patois in morte omnes destinati clausam urbem ipsi introrsum succenderunt: cum
etiam propter ferro ueneno atque igne consumpti sunt. Romani nihil ex his pe-
nitentiam habere uictis præter securitatem suam. neque. n. euerfa Numantia uicisse
se magis Numantinos quam euasisse duxerunt. Vnum Numantinum uictoris ca-
tena non tenuit: unde triumphus dederit: Roma non uidit. Aurum uel argentum

quod igni superesse potuisset: apud pauperes nō fuit. arma & uestes ignis absumpsit.

Deleta Numantia cæteras gentes pacē pctiisse.

Gif ea tēpestate cū hæc apud Numantiam gesta sunt: apud romam Gracchorū seditioes agitabant. Scipio autem cum deleta Numantia cæteras Hispaniæ gentes pace cōponeret: Tiresū quendam Celticum principem consuluit: qua ope res Numantina aut prius iūicta durasset: aut post fuisset euerfa. Tiresus respondit. Cōcordia iūicta discordia exitio fuit: quod Romani tanq̄ sibi ac de se dictuz exempli loco acceperūt. q̄ppe q̄bus iam de seditiōe discordantis toti⁹ urbis nunciabaf. Carthagine Numantiaq̄ deleta orif apud Romanos uti lis de p̄uisione collatio. & orif infamis de ambitiōe cōtentio. Gracch⁹ tribunus plebis iratus nobilitati: quod inter auctores Numantini foederis notatus eēt: agy a priuatis eaten⁹ possessū populo diuidi statuit. Octauo tribuno plebis obsistēti ademit iperiū. & successorē Numitiū dedit. His causis senatū ira. populū supbia iuasit. ac tunc forte Attalus Eumenis fili⁹ moriens testamento populū Romanū impio Asiæ heredem succedere iusserat. Gracchus gratiam populi precio appetēs legē tulit uti pecunia: quæ fuisset Attali: populo distribuere. Obsistēte Nasica etiam Pōpeius spondit: se Gracchū cū primū magistratū adisset: ac cusatur.

In urbe ottam seditioem grauem. & in Sicilia seruilem contagionē

Racbus cū niteret: ut ipse tribun⁹ plebis subsequēte anno permaneret: cūque comitiōy die seditiōes populi accederet: auctore Nasica inflāmata nobilitas fragmētis subfeliōy plebē fugauit. Gracchus p̄ gradus q̄bus itur sup Calphurniū fornicem detractō adminiculo fugiēs ictus fragmēto subfeli corruit. Rursusq̄ assurgēs alio ictu clauæ cerebro ipactæ exanimat⁹ ē. Ducenti præterea ī ea seditiōe īterfecti. eoyque corpora in Tiberim piccta sunt. ipsi⁹ quoq̄ Gracchi inhumatū cadauer extabuit. Orta præterea ī Sicilia belli seruilis cōtagio multas late infecit puincias. Nā & Minturnis. cccc. l. serui ī crucē acti: & Sinuessæ ad. iiii. M. seruoy a Quīto Metello & Gneo Seruilio cæpiōe oppressa sūt. In metallis quoq̄ Atheniēsū idē tumult⁹ seruilis ab Heraclito prætore discussus ē. Apud Delon & serui nouo motu itume scētes opidāis præueniētib⁹ pressi sūt absq̄ illo priō Siciliēs mali fomite: a quo iste uelut scitillæ emicātes diuersa hæc incēdia sciauit. ī sicilia

enī post Fuluiū consulē Pīso consul Mamerciū oppidū expugnauit. ubi octo. M. fugitiuorū interfecit. quos autē capere potuit patibulo suffixit: cui cū Rutulī cōsul successisset: idē quoq; Taurominiū & Actna; firmissima fugitiuorū refugia bello recepit: ubi ampli⁹ q̄. xx. M. tunc seruorū trucidata referūtur. Misera p̄fecto talis belli & inextricabilis causa. Pereundū utique dominis erat: nisi insolescentib⁹ seruis ferro obuiā iret. Sed tamē in ipsis quoq; infelicissimis dānis pugnae & infeliciorib⁹ lucris uictoriae: quanti p̄iere uicti: tantū p̄didere uictores.

Attalū regem Asiae testamento Asiam reliquisse Romanis.

Nno ab urbe condita. dc. xxii. Publius Lycini⁹ Crassus cōsul & pontifex maximus aduersus Aristonicū Attali fratrem qui traditā testamento Romanis Asiā puaserat: cū instructissimo ē missus exercitu. Præterea magnis regibus: hoc ē Nicomede Bithuniæ Mithridate Ponti & Armeniæ Ariarathe Cappadociæ Philomene Paphlagoniæ: eorumque maximis copiis adiutus conserto tamen bello uictus ē. Et cum exercitu post plurimam cædem in fugā acto ipse iam circūuentus ab hostibus: & pene captus eēt: uirgam: qua erat usus ad equū: in oculum Thracis impexit. Barbarus autē cum ira & dolore exarsisset: iarus Crassi gladio transuerberauit. Ita ille excogitato genere mortis efugit & dedecus & seruitutē. Perpenna consul: qui Crasso successerat: audita morte Crassi & clade exercitus Romani raptim in Asiā peruolauit. Aristonicū recenti uictoria feriantem iprouiso bello adortus nudatum omnibus copiis in fugā uertit. Cūque Stratonicē urbē: ad quā ille confugerat obsidione cinxisset: trucidatū fame ad deditiōem coegit. Perpenna consul apud Pergamū corrept⁹ morbo diē obiit. Aristonic⁹ uero ductus ad urbē Romā iussu senatus in carcere strangulatus ē. Eodē anno Ptolemæi Alexandrinorū regis uita misera miseriorē uitæ exitū dedit. Is enī sororē suam stupro cognitā: ac deīde ī m̄imōio receptā: turpi⁹ quam duxit: abiecit. Priuignam uero suā: hoc ē filiam sororis & cōiugis coniugē: asciuit: filiūq; suū: quē ex sorore suscepit: necnō & filiū fr̄is occidit. Quam ob rē tantis icestis parricidiisq; execrabilis ab alexandrinis regno pulsus ē. Inisdē t̄pibus Anthioch⁹ nō cōtent⁹ Babilōia atque Heebathana totū Mediæ īperiū aduersus Pharaathem Parthorū regē congressus uictus ē: q̄ cū in exercitu suo. ccc. M. armatorū haberi uideret. c. M. & amplius calonū & lixarū imista scortis & histrionibus traherat. Itaque facile cum uniuerso exercitu suo Parthorum uiribus oppressus interiit. Gaio Sempronio Tuditano & Marco Acilio cōsulibus

Publium Scipionem Africarium pridie p̄ contione de piculo salutis
sue contestatum: quod sibi p̄ patria laboranti ab improbis & ingratis de
nunciari cognouisset: alio die mane exanimē in cubiculo suo reptus nō
temere inter mala romanorū maxima recensuerim: p̄sertim cum tant⁹ i
ea urbe Africani uigor & modestia ualeret: ut facile uiuo eo neq; so
ciale neque ciuile bellum posse existere crederetur. Hunc q̄dam uxoris
sue Sempronie: Gracchorū autem sororis dolo necatum ferunt: ne sce
lerata: ut credo: familia: atque in p̄niciem patrie sue nata inter ip̄ias se
ditiones uiroꝝ non etiam facinorib⁹ mulierū esset immanior.

Iteꝝ Aetnam uasto tremore exundasse igneis globis

Arco Aemilio & Lucio Oreste consulib⁹ Aetna uasto tremo
re concussa exundauit igneis globis. Rursusque alio die Lypa
ra insula & uicinū circa eam mare i tantū efferbuit: ut adustas
quoq; rupes dissoluerit: tabulataque nauium liqua factis ceris extorue
rit: exanimatos pisces supnatantes excoxit: homines quoque nisi qui
longius potuerunt diffugere: reciproco anhelitu calidi aeris adustis in
trorsum uitalibus suffocari.

Vbi in Africa a belloꝝ excidiis cessatū est: horribilem & inusitatā
perditionem locustarū secutam.

Arco Plautio Isæo & Marco Fulvio Flacco consulib⁹ uix duꝝ
Africam a belloꝝ excidiis q̄scentē horribilis & inusitata p̄
ditio cōsecuta ē. Namq; cū p̄ totam Africā imensæ locustarū
multitudines coaluissent. & nō modo iam sp̄e cunctā frugū abrauissent
herbasq; oēs cum parte radicū & folia arborū cū teneritudine ramorū
consūpsissent: uerū etiam amaras cortices atque arida ligna perrosissent
repentino arrepta uēto: atque in globos coacta: portataque diu p̄ aerē
Africano pelago imersæ sunt. Harū cū imensos aceros longe undis
urgentibus fluctus p̄ extenta late litora ppulissent: tetrū nimis atq; ul
tra opinionem pestiferū odorē tabida & putrefacta congeries exhaluit.
Vnde omnium pariter animantium tanta pestilentia consecuta ē: ut auiꝝ
pecudū ac bestiarū corruptione aeris dissolutarū putrefacta passis cada
uera uitiū corruptionis auerent. At uero quanta fuerit hominū lues
ego ipse dū refero: toto corpore phorresco. Siquidem in Numidia in qua
tunc Micipsa rex erat. dccc. M. hominū circa oram uero maritimā qua

maxime Carthaginensi atq; Vticēsi litori adiacet: plus q̄. cc. milia pisse traditū est. Apud ipsam uero Vticam ciuitatē. xxx. milia militum: quæ ad præsidium totius Aphricæ ordinata fuerant exticta atq; abraſa sūt. Quæ clades tam repentina ac uiolēta institit: ut tunc apud Vticam sub una die p unā portam ex illis iuniorib⁹ plus q̄. M. d. mortuos elatos fuisse narret. Vex tamen pace & grā oīpotentis dei dixerim: de cui⁹ misericordia & in cui⁹ fiducia hæc loquor: q̄uis & tpibus nostris exoriatur aliquando hæ diuersis ptibus locustæ: & plerūque etiam. sed tolerabiliter ledant: nunq̄ tamen tpibus christianis tanta uis inextricabilis mali accidit: ut pncies locustarū: quæ nullo mō ferri uiua potuisset: mortua pl⁹ noceret. & qua diu uiuente peritura erant oīa: ea perdita pereuntib⁹ magis oībus optandum fuerit: ne periret.

Post euerſam Carthaginē iteꝝ iuſſum est eā restitui.

Nno ab urbe cōdita. dc. xxxvii. Lucio Cæcilio Metello & Quīto Tito Flaminio cōsulibus Carthago ī Aphrica restitui iulsa. xx. & secundo demū anno: q̄ fuerat euerſa: deductis ciuiū Romanorū familiis: quæ eam incolerent: restituta & repleta ē: magno ante pdigio præcedente. Nam cū mensores ad limitandum Carthaginensem agꝝ missi stipites terminorum indices fixos: nocte a lupis reuulsos mordicus: corrososque reperissent: aliq̄ diu hæsitatum ē: utꝝ Romanæ paci expediret: Carthaginem reformari. Eodem anno Gaius Gracchus Gracchi illius: q̄ iam occisus in seditōe fuerat frater: tribun⁹ plebis per tumultum creatus: magna rei publicæ pncies fuit. Nam cuꝝ sæpe populum romanum largitionibus pmissisque nimis in acerbissimas seditio nes excitauisset: maxime legis agrariæ cā p qua etiam frater eius Tiberius Gracchus fuerat occisus: tandē a tribunatu minutio successore decessit. Minutius tribunus cum maxia ex pte decessoris sui Gracchi statuta cōuulsisset: legesque abrogasset. Gaius Gracchus cū Fulvio Flacco ingenti stipatus agmīe capitolium ubi concio agitabatur: ascendit. Ibi maximo tumulto excitato qdam præco a Gracchanis iteꝝfectus: uelut signum belli fuit. Flaccus duobus filiis armatus cinctus: comitante & Graccho togato: breuēque gladium sub sinistra occultante: q̄uis & præconē frustra præmisisset: q̄ seruos ad libertatē uocaret: Ianum tanq̄ ī arce occupauit: contra quē Decius Brutus uir cōsularis a cliuo publico cum ingenti certamine irruit. Ibi diu obstinatissime dimicauit Flaccus. Gracchus postq̄ in tēplum mineruæ successerat: gladio incubere uolēs

interuentu lictoris retent^o ē. Itaque cū diu anceps bellū agitaret: tandē sagittarii ab Opimio missi consertā multitudinē disturbauerunt. Duo Flacci pater filiusq; cū p̄ adē Lunæ in domū priuatam desiluissent: fortesque obiecissent: rescisso craticio pariete: cōfossi sunt. Gracch^o pro se amicis pugnantib^o ac petentib^o ægere ad pontē subliciū puenit: ibiq; ne uiu^o caperet: ceruicē seruo suo præbuit. Caput Gracchi excisū cōsuli allatū est. corpus ad Corneliā matrē Missenū oppidū deuectū ē. Hæc autē Cornelia Africani maioris filia Missenū post prioris filii mortē secesserat. Bona Gracchi publicata sunt. Flaccus adoleseēs in robore necatus est. Ex factiōne Gracchi. cc. l. hoīes in Auētino mōte cæsi referūt Opimi^o consul sicut in bello fuit fortis: ita in quæstione crudelis. Nam amplius q̄ tria. M. hominū suppliciis necauit: ex qbus plurimi ne dicta qdem cā innocētes interfecti sunt. Iisdē t̄pibus Metellus Baleares insulas bello puagatus edomuit. & piraticaz infestationē: quæ ab iisdē tunc exoriebat plurima incolarū cæde cōpressit. Gneus quoq; Domiti^o p̄ consul Allobroges Gallos iuxta oppidū Vindaliū grauissimo bello uicit: maxime cū elephantorū noua forma equi hostiu; hostesque conterriti diffugissent. xx. M. ibi Allobrogū cæsa referūtur. iii. M. capta sunt.

Aetnam ultra solitum exarsisse.

Odē t̄pe Aetna mons ultra solitū exarsit: & torrentibus igneis supfusis lateq; circūfluentib^o Catinā urbē sinēsq; ei^o oppresit ita: ut tecta ædiū calidis cinerib^o præusta & prægrauata corruerent: cui^o leuandæ cladis cā senatus. x. annorū uectigalia Catinensib^o remisit.

Iugurthæ Numidarū regi bellū cōsensu populi Romāi senatū idixisse.

Nno ab urbe cōdita. dc. xxviii. Fabius consul Bytinto regi Arneruorū Gallia ciuitatis bellū maxio instructu cōparātū adeo cū paruo exercitu occurrit: ut Bytintus paucitatē romanorū uix ad escā canibus: quos in agmine habebat: sufficē posse iactaret: qui cū sibi ad transferendas copias unum pontem Rhodani fluminis parū eē intelligeret: aliū cū paucis lincib^o catenisq; cōnexū supstratis confixisque tabulis struxit. Cōserta pugna: & diu grauiter agitata uicti galli: cōuersique in fugā: dū quisque sibi timet: coaceruatis icōsulte agminibus præpropere transitu pōtis uincla ruperūt. ac n. ox cū ipsis lincibus merfi sunt. c. lxxx. M. armatorū in exercitu Bytinti fuisse tradūtur.

ex quibus c. l. M. uel caesa uel merfa sunt. Quintus Martius consul Gallorum gentem sub radice alpiu sita bello aggressus est: qui cum se Romanis copiis circumseptos uiderent: belloque ipares fore intelligerent: occisis coniugibus ac liberis in flammis sese proiecerunt. Qui uero praecipue Romanis pagenda tunc mortis suae copiam non habuerant: captique fuerant alii ferro alii suspensio. alii abnegato cibo sese consumserunt: nullisque oio uel puulus superfuit: qui seruitutis conditionem uitae amore tolerant.

Nunc ab urbe condita. dc. xxxv. Publio Scipione Nasica & Lucio Calpurnio Bestia consulibus Jugurthae Numidarum regi bellum consensu populi Romani senatus indixit. Sed ego de Jugurtha ordinis tantum loco & causa commemorationis breuiter perstrinxerim: quia ut de natura eius uaria atque intolerabili. ita & de rebus tam dolose: quam strenue gestis propter optimam scriptorum luculentiam satis sufficiens apud omnes noticia est. Igitur Jugurtha Micipsae Numidarum regis adoptiuus haeres: que inter naturales eius filios factus primus cohaeredes suos: id est Hyspale occidit. Atherbale bello uictum Africa expulit. Calpurnium inde consulem aduersum se missum pecunia corrupit: atque ad turpissimas conditiones pacis adduxit. Praeterea cum Roma ipse uenisset omnibus pecunia aut corruptis: aut attentatis seditioes dissensionisque permiscuit: quam cum egredere: infami satis notauit eulogio: dicens. O urbem uenalem & matrem pituram: si emptorem inuenierit. In sequenti anno Aulum Posthumium Posthumii consulis fratrem: quem is. xl. M. armatorum exercitui praefecerat apud Calamam urbem thesauris regis conditis inhiantem bello oppressit: cui uictorio ignominiosissimum foedus exegit. Vniuersam pene Africam a Romanis deficientem regno suo iunxit. Postea tamen Metelli consulis integritate & disciplina coercitus: duobus etiam praeliis uictus uidit praesente se & uastari Numidiam suam & non posse defendi. a quo in ditionem coactus. ccc. obsides dedit. frumentum atque alios comestus pro soluturum sese spondit. iiii. M. amplius profugarum reddidit. Exin cum incertus in pace improbos non prohiberet excusus: Gaii Marii consulis non minore pene quam ipse praeditus erat: astutia Romanisque uiribus fractus est: maxime postquam Marius urbem Capsam ab Hercule Phoenice: ut ferunt conditam regis tunc thesauris confertissimam dolo circumuenit. & cepit. Diffidens deinde propriis rebus & uiribus Jugurtha societatem cum Boccho maurorege fecit: cuius equitatu in imensum auctus marianum exercitum creberrimis incursionibus fatigauit. Postremum apud Cyrtham urbem antiquam masanissae regiam aduersum Romanos expugnationem ei parantes. lx. milia equitum

iustructus occurrit. Nunq̄ ulla Romano militi tumultuosior pugna
& terribior fuit: adeo ut discursu & fremitu circūcursantiū & īpeten
tiū equitū suscitatus puluis cælū subtexuerit: diē ademerit: noctemq̄
obduxerit: tant⁹ aut̄ telorū nimbus ingruerit ut nulla pars corporis eēt
ab ictu tuta: q̄ppe quib⁹ & uisus ad p̄spiciendū īpedimento caliginis &
expeditio ad cauendū compressiōe multitudinis deerat. Nec laborabat
eques Maurus ac Numida: ut bene collocatū hostē opportuno teli im
petu rimaret. sed poti⁹ in incertū pila mittebant: certi: quod uulnera in
certa nō essent. Ita coacti in unū Romani eq̄tes. in unū pedites densabā
Intercapedinē tanti piculi nox interueniēs finē dedit. Eadē postera die
& belli & piculi facies erat erumpere in hostē: q̄uis stricto miles gladio
nō ualebat ferire. emin⁹ enī iaculis repellebat. fugerī nō poterat. Undiq̄
enī uelocior ad p̄sequendū eques incluserat. Iā tertia dies & nullū ūde
cūq̄ suffragiū. dira undiq̄ mortis facies obiiciebat. Tandē Marius cō
sul forti despatōe spei uia fecit. & cū uniuerso simul agmīe prorupit e
uallo. cāpoq̄ sese simul e p̄lio dedit. Et cū iteꝝ circūfusi hostes non
solū agminis extrema laniarent: ueꝝ etiā media excussis p̄cul telis cede
rent: turbatosq̄ Romanos insup̄ etiā æstu solis ītoleantia sitis: mortis
circūstantia usque ad extremū despationis fatigaret: subito notū illud
romanoꝝ aduersus Aphros tēpestatū imbriūq̄ suffragiū celo missū
inspat̄ salutis fuit. Siq̄dē repentina pluuia sitientib⁹ Romanis & æstu
antib⁹ refrigeriū potūque p̄buit. Porro aut̄ Numidis hastilia telorū:
quæ manu intorquere sine amētis solent: lubrica ac p̄ hoc īutilia reddi
dit. Scuta etiā: quæ elephanti corio extēto atque durato habilia & tuta
gestabant: cui⁹ ea natura ē: ut acceptū imbrē: tanq̄ spōgia ebibat: ac per
hoc intractabile repentino pondere fiat: q̄a circūferri nō poterant: defen
dere nequiuerūt. Ita ex inspatō conturbatis destitutisq̄ Mauris ac Nu
midis Bocchus & Iugurtha fugerūt. Post hoc. I. M. armatorū nouissi
mo bello ab iisdē regibus obiecta. hæc quoque usq̄ ad internitionē ro
manis uicentib⁹ caesa referūtur. Ex eo Bocchus spem belli abiiciēs pacē
petiuit. atq̄ in preciū pacis Iugurthā dolo captū catenisq̄ obrutū per
Syllā legatū misit ad Mariū: q̄ in triūpho ante currū cū duob⁹ filiis su
is actus mox in carcere strangulat⁹ ē. Iisdē diebus obscœnū pdigiū ac
triste uisū ē. Luci⁹ Aelius eques Roman⁹ cū uxore & filia Roma ī apu
liā rediens tēpestate correptus ē: q̄ cuꝝ filiā consternatam uideret: ut ci
tius p̄priorib⁹ tectis succederent: relictis uehiculis: arreptisque eq̄s filiā
uirginem equo insidentē in mediū agmen accepit. Puella uero ictu ful
minis exaīata est. Sed oībus sine scissura aliqua uestimētis ademptis: ac

pectoris pedūq; uinculis dissolutis: monilib⁹ & anulisq; discussis: ipso quoque corpore illaeso: nisi quod obscœnū in modum nuda: & lingua paululū exerta iacuit equus quoque ipse quo utebatur straturis frenis & cingulis dissolutis passim ac dispersis exanimis pcul iacuit Post hoc paruo intercessu tēpis Luci⁹ Vecturius eques Roman⁹ Aemiliaz uirginē Vestalē furtiuo stupro polluit. Duas preterea uirgines Vestales eadez Aemilia ad participatiōem incesti sollicitas cōturbernalib⁹ sui corruptoris exposnit ac tradidit. Indicio p seruūz factō suppliciū de omnib⁹ sūptū ē. Iisdē preterea Iugurthini belli tēporibus Lucius Cassius cōsul in Gallia Tigurinos usque ad oceanū persecutus: rursūq; ab eisdem insidiis circūuētus occisus est. Lucius quoq; Piso uir consularis legatus Cassii cōsulis interfectus. Gaius Publius alter legatus: ne residua exercitus portio quæ in castra cōfugerat: deleret: obsides & dimidiā partem rerū ōniū Tigurinis turpissimo fœdere dedit: q; Romam reuersus a Cœlio tribuno plebis die dicta eo q; Tigurius obsides dederat: in exiliū profugit. Scipio pro cōsul capta urbe Galloz: cui nomē ē Tolosa. c. M. ponderis auri & argēti. cx. M. e templo Apollinis sustulit: quod cū ad Massiliam amicam populo Romano urbē cū præsidiis misisset. interfectis clam: sicut qdam cōtestant: quib⁹ ea custodiēda & peruehēda cōmiserat cuncta per scelus furatus fuisse narrat. Vnde magna quæstio post Romæ acta est.

Multas gentes in unū conspirasse: ut Romanum nomē delerent.

Nno ab urbe condita: dcxlii. Gaius Manlius & Quintus Cæpio pro consules aduersus Cimbroz & Teutones Tigurinos & Ambronas Galloz gētes: quæ tūc: ut imperiū: Romanum extinguerent: conspirauerāt: missi: prouincias sibi: Rhodano flumine medio diuiserunt: ibi duz inter se grauissima inuidia & contentione disceptant cū magna ignominia & periculo Romani nominis uicti sunt. Siq; dem in ea pugna Marcus Aemilius consularis captus. atq; interfectus est. Duo filii consulis cæsi. lxxx. M. Romanoz sociorumque ea tēpestate trucidata. lx. M. calonum atque lixaz interfecta Antias scribit. Ita & ex omni penitus. exercitu. x. tātummodo homines: qui miserz nuntiuz ad agēdas miseras reportarēt: superfuisse referunt. Hostes binis castris atque ingenti præda potiti noua quadam atque isolita execratiōe cuncta: quæ ceperant: pessum dederunt. Vestis discissa & piecta est. auz argentumque in flumen abiectum est lorica uiroz concisa. phalera quoque equoz. dispersita. equi ipsi gurgitibus immerſi. homines laqueis

collo inditis ex arborib⁹ suspēsi sūt ita: ut nihil prædæ uictor: nihil mi
sericordiæ uictus agnosceret. Maximus tūc Romæ nō solū luctus: uerū
etiā metus fuit: ne cōfestim Cimbri alpes trāsgrederētur: Italiāque dele
rent. Iisdē tpibus Quint⁹ Fabius Maximus filiū suū adolescētē ruri re
legatū cū duob⁹ seruis patricidii mīstris īterfecit. ipsosque cōtinuo ser
uos ī precīū sceleris māumisit. Die dicta: Gneo Pōpeio accusante dānat⁹
est. Igit⁹ Marius quarto cōsul: cū iuxta Isarā Rhodanumque flumina:
ubi in sese confluunt: castra potuisset: Teutones Cimbri & Tigurini &
Ambrones: postq̄ continuo triduo circa Romanorū castra pugnarunt: si
quo pacto eos excuterēt uallo: atque ī æquū funderēt: trib⁹ agminibus
Italiā petere destinarūt. Marius post digressū hostiū castra mouit. &
collem occupauit: qui campo & fluuio: ubi hostes sese diffūderāt: immi
nebat. Cunque excitui eius aqua ad potandū deesset: querelis omnium
coargueret. aquā quidē in cōspectu esse respōdit. sed eam ferro esse uen
dicādā. Primis itaque calonib⁹ cū clamore ī pugnam ruētibus subsecu
tus exercitus: mox iusto certamīe cōpositis ordinibus bellū est: & uicere
Romani. Quarto die rursus productæ utrinque in cāpū acies usque ad
meridie pene pari pugna uere discrimīe. Post: ubi īcalescēte sole fluxa
Galloy corpora in modū niuiū distabuerunt usq; in noctē cædes poti⁹
quā pugna ptracta est. Ducenta milia armatorū in eo bello īterfecta sūt
lxxx. M. capta. uix. iiii. M. fugisse referunt. Dux quoque eorū Teutoboc
chus occisus est. Mulieres eorū cōstantiore animo: quā: si uicissent: peti
erūt a cōsule: ut sibi īuiolata castitate uirginib⁹ sacris mīstrare fas esset:
quo uitā sibi reseruarēt. quam rem: cū nō impetrassent: paruulis suis ad
saxa illis cūctæ sese ferro ac suspēdio peremerūt. Hæc de Tigurinis &
Ambronibus gesta sūt. Teutones autē & Cimbri integris copiis alpiū ni
ues emensi Italiæ plana puaserūt. Ibi que cū rigidum genus diu blandi
oribus auris cibus poculis ac lauacris emolliret: Marius Quintū consul
& Catulus aduersus eos missi: die ad pugnam & campo dato: Hānibalis
secuti ingeniū ī nebula disposuere pugnam in sole pugnauerunt. Prima
siq; dem pturbatio Galloy fuit: quod Romanam aciem prius offendere
dispositam: quam adesse senserunt. Cunq; ilico uulnerati equites retro
in suos cogere: totāque multitudinem indisposite adhuc aduentantē
conturbarent: & sol cum uento ortus ex aduerso emicuisset: uisus eorū
pulsus oppleuit. & splendor hebetauit. Ita factū ē: ut tanta ac tam terri
bilis multitudo minima Romanorū clade: sua ultima internitione cade
retur. Centum xl. M. eorū tūc in bello cæsa. xl. M. capta dicunt. Mulieres
grauio: em pene excitauere pugnam: quæ plaustris in modū castrorū

circūstructis: ipse at̄ de super ppugnātes diu ppe repulete rōanos. Sed cum ab his nouo cōdis genere terrerent: abscisis. n. cum crine uerticibus inhonesto satis uulnere turpes relinquebant seruo qd̄ in hostē sumpserant: in se suosq; uerteēt. nāq; aliā cursim mutuo iugulate. aliā apprehensis inuicē faucibus strangulate. aliā funibus per equorū crura cōstis ipsiq; eqs extimulatis qbus equorū crura nexuerant: ididere ceruices quousq; ptractā atque exanimatā sunt. aliā laqueo de subiectis plaustrorū temonibus pependēt. Inuenta est & quādā quæ duos filios traiecit per colla eorū laqueis ad suos pedes uinxerit: & cum se ipsam suspēdio morituram dimisisset: secum traxerit occidendos. Inter hęc multa & miserabilia mortis genera. reguli quoq; duo strictis in se gladiis ceciderunt. Lucius & Boiorix reges in acie ceciderunt. Claudius & Censorix capti sunt. Ita in his duobus præliis. ccc. l. M. Gallorū occisa. & c. xl. M. capta sunt absque innumera mulierū multitudine: que se suosq; paruulos fœmineo furore: ui at̄ uirili necauerunt. Post triumphū Marii incredibile facinus & nunq̄ antea rōanis cognitū ppetratū fuisse.

Gis talē Marii triumphū rōanāq; uictoriā incredibile facin⁹: & nunq̄ antea rōanis cognitū Romæ subito perpetratum uersa in horrorē ac mærorē tota urbe fuscavit. Publitiū qdam malleolus suis anitētibus mrem suam interfecit. Dānatus parricidio: infutusque culleo in mare p̄iectus est: impleueruntque romani facinus & pœnam: de qua re solon atheniensis decernere nō ausus fuerat: dum fieri posse nō credit: & Romani q se ortos a Romulo scirent: etiam hoc fieri posse intelligentes supplicium singulare sanxerunt. Anno ab urbe cōdita. dcv. post cībricum & Teutonicum bellum & qntum marii cōsulatum: quo status impetii rōmani iure cōsuatus iudicat. cōsulatu sexto eiusde; Gaii marii ita labefactatus ē ut pene usque ad extremū intestina clade conciderit. Euoluere ac percutrere mihi discordiarū ambages & inextricabiles seditionum causas incōmodum simul ac longum uidet̄. sane breuiter strinxisse sufficiat: qd̄ primus Lucius Apuleius saturninus excitati tumultus auctor extiterit: qnto Metello Numidico uiro sane primario acerrimus inimicus: q eum censorem creatum ptractum. domo atque in capitolium fugientē armata multitudine obsedit: unde eqtum rōanorū indignatōe deiectus est: plurima ante capitolium cæde facta. Anumium deinde competitorum suum saturninus & Glaucia fraude Gaii Marii cōsulis occiderunt. subsequente anno marius sextum consulum & Glaucia prætor & saturninus tribunus plebis conspirauerunt: Metellum Numidicum in exilium quacunq; ui ager. Die dicta a suppositis eiusde; factōis

infamibus a suis contione domi suae habuit. ibique ab aliis rex. ab aliis
imperator e appellatus. Marius manipulati plebe descripta alter consul
cum praesidiis in colle disposuit. ipse portas communiuit. In foro praeliu com-
missum e. Saturninus a marianis foro pulsus in capitolium confugit. Marius
fistulas quibus eo aqua deducebatur incidit. Bellum deinde in aditu capitolii
horridum satis actum e. multique circa saufenium & saturninum caesi. saturni-
nus palam clamitans marium auctorem esse omnium molitionum suarum contestatus
e. Cum autem ipse saturninus & saufenius & Labienus cogente Mario in cu-
ria confugissent: per equos romanos effractis foribus occisi sunt. Gaius
Glauca extractus e domo Claudii trucidatus e. Furius tribunus plebis
bona omnium publicanda decreuit. Gneus Dolabella saturnini frater per
forolitorium fugiens cum Lucio Iegano interfectus est. Itaque auctorum
tantae seditiois occisus res populo fuit. Tunc Cato atque Pompeius rogationes
de reditu metelli Numidici totius urbis gaudio promulgarunt. quod ne profi-
ceretur: Marii consulis & Furii tribuni plebis factionibus intercessum e: Kuri-
tilius quoque uir integerrimus adeo fidei atque innocentiae constantia usus
est: ut die sibi ab accusatoribus dicta usque ad cognitionem neque capillum
barbae dimiserit. neque sordida ueste humili ue habitu suffragatores
conciliarit. inimicos promulserit: iudices tparit: oronemque a praetore con-
cessam nihilo summissiore quam auius huerit. Cum euidenti oppugnare ca-
lunia & opione bonorum omnium iure absoluendum putaret: prius iudicium con-
denatus e: quod Smyrna commigrans litterarum studiis contentus consenuit

Mastam urbem prodigia terruerunt.

Anno ab urbe condita. dc. lix. Iulio Caesare & Lucio Marco Phi-
lippo consulibus intestinis causis sociale bellum tota commouit
Italia. Si quidem Liuius Drusus tribunus plebis Latinos omnes spe
libertatis illectos cum placito explere non posset: in arma excitauit: quo ac-
cessit ut mastam urbem prodigia dira terrerent. Nam sub ortu solis globus ig-
nis a regione septentrionis cum maximo celi fragore emicuit. Apud Areti-
nos cum panes per conuiuia frangerent: cruore mediis panibus quasi e uul-
neribus corporum fluxit. Praeterea per septem continuos dies grando lapidum
imistis & testarum fragmentis terram latissime uerberauit. In Sannitibus ua-
stissimo hiatu terrae flamma prorupit. & usque in caelum extendi uisa e. Com-
plures praeterea in itinere uidere Romani globus coloris aurei caelo ad
terram deuolui. maioremque factum rursus a terra in sublime ad orientem so-
lem ferri ac magnitudine sua ipsum solem obtexisse. Drusus tatis malis an-
xius domi suae incerto quodam auctore interfectus est. Igitur Picentes & Ve-
stini Marsi Peligni Marrucini Sannites & Lucani: cum adhuc occultam de-

fectiō; meditantē: Gaiū Seruiū prætorē legatū ad se missū apud Asculū occiderūt: statiq; clausa cītate oēs ciues rōanos in dicta cæde iugularūt. Continuo atrocissimā pñiciem infamissima præcessere pdigia. Nāque oīum generū aīalia: quæ man⁹ hoīum ppeti: atq; inter hoīes uiuere solita erant: relictis stabulis pascuisq; cū balatu hīnitu mugituq; miserabili ad siluas montesq; fugerūt. Canes quoq; quorū natura est extra hoīes esse non posse: lachrimosis ululatis uagi luporū ritu oberrarunt. Igit Gneius Pōpei⁹ prætor cū Picentib⁹ iussu senatus bellū gessit & uict⁹ est. Postq; sibi Sannites Papiū Mutiliū ipatorez præfecerant: Marsi at Agamenonem archipiratam præoptauerant: Julius Cæsar Sannitūz pugna uictus cæso fugit exercitu. Rutilius consul Mariū ppinquū suū legatū sibi legit: quem assidue submonentem moraz bello utilē fore & paulisp in castris exerceri militem oportere tironem. dolo id cū agere ratus contempsit: seseq; ī insidias marsoz & uniuersū agmen exercitus sui incautus iniecit: ubi & ipse consul occisus & multi nobiles interfecti & octo. M. rōanorū militū cæsa sūt. Arma & corpora interfectoz in conspectu marii legati Telonius Flauius ptulit: atq; in testioniū cladis euexit. marius raptis cōtinuo copiis uictores inspatu oppressit. octo. M. & ipse marsoz interfecit. Cæpio aut a Vestinis & marsis deductus in insidias cū exercitu trucidat⁹ est. Julius Cæsar postq; apud Eferniaz uict⁹ aufugerat: cōtractis undiq; copiis aduersus Sannitas & Lucanos dimicans multa hostiū milia interfecit. Cūque ab exercitu ipator appellatus esset: romāq; nūcios p adcepta uictoria misisset: senat⁹ sagū: hoc ē uestē maroris: quā ex orto sociali bello sūpserat: hac spe aridente deposuit. atq; antiqū togæ decorē recupauit. mari⁹ deinde sex. M. marsoz cecidit. septem milia armis exiit. Sylla cū. xx. iiii. cohortib⁹ Eferniam missus: ubi artificissima obsidione romani ciues & milites premebant: maxio bello & plurima cæde hostiū urbē sociosque seruauit. Gneus Pōpeius Pigentes graui prælio fudit: qua uictoria senatus latos clauos & cætera dignitatis insignia rēcepit: cū togas tantūmodo de uictoria Cæsarī primū respirāte sūpsisset. Porcius Cato prætor & Plotius legat⁹ Hetruscos & Umbros plurimo sanguine ipenso difficillimo labore uicerūt. Gneo Pōpeio & Porcio Catone cōsulib⁹: Pōpeius diu obsedit Asculū ciuitatē. nec tamen expugna uisset: nisi populū in campū prūpentē grauiissima oppressione uicisset. Decē & octo milia marsoz in ea pugna cū Franco suo ipatore cæsa sūt capta. iiii. milia. Quatuor milia autem Italicorum uiroz ex ea cæde profugorum iugum montis coacto in unum agmine forte conscenderant. ubi oppressi examinatique niuib⁹ miserabili morte riguerūt & uisebāt

nec ullū erat p̄cul̄ intuentib⁹ mortis indicatiū nisi diuina imobilitas quaz
nullo mō hūanæ uitæ uegetatio diu p̄peti p̄t. Eadem die Picēses uicti
sūt: quorū dux Iudacilius uocatis p̄cipib⁹ suis p̄ magnificas epulas
largaq; pocula cūctos ad exēplū sui puocans hausto ueneno cōsupt⁹ ē:
cūctis factū ei⁹ laudatib⁹: sed nemie subsequēte. Anno ab urbe cōdita. dc
lxi. cū ad obsidēdos Sānites Pōpei⁹ & roman⁹ isset exercit⁹ & Posthumi⁹
Albin⁹ uir cōsularis tūc Lucii Syllæ legat⁹ itolerabili supbia oīuz in se
militū odia suscitasset: lapidib⁹ occisus ē. Sylla cōsul ciuile cruorē nō ni
si sanguie hostili expiari posse testat⁹ ē: cuius rei cōscia p̄mot⁹ exercit⁹ ita
pugnā adorsus ē: ut sibi unusq;sq; p̄uidū uideret: nisi uicisset. xviii. Sā
nitū. M. illo p̄alio cæsa sūt. Iuuentiū quoq; Italicū ducē & magnū ip
si⁹ populū p̄secut⁹ occidit. Porci⁹ Cato cōsul marianas copias habēs: cū
aliquāta strenue gessiss; gloriat⁹ ē. Gaiū Mariū nō maiora fecisse & ob
hoc cū ad lacū Fucinū cōtra Marfos bellū gereret: a filio Gaii marii i tu
multu belli: q̄si ab incerto auctore p̄stratus ē. Gaius Gabin⁹ legatus i ex
pugnatiōe hostiliū castrorū interfectus ē. Marrucini Vestiniq; Sulpitio
legato Pōpei⁹ p̄sequēte uastati sūt. Pōpedi⁹ & Obsidi⁹ Itali ip̄atores ab
eodē Sulpitio apud flumē theanū horribili p̄alio oppressi & occisi sūt
Pōpeius Asculū ingressus p̄fectos & centuriōes cūctosq; p̄cipes eorū
uirgis cecidit. securiq; pcussit. suos p̄adāq; oēm sub hasta uēdidit. re
liquos liberos q̄dē: sed nudos & egētes abire p̄cepit. Et cū de hac p̄a
da opitulatōz aliq̄ in usuz stipendii publici senatus fore sp̄aret: nihil ta
men ex ea Pōpeius egenti arario cōtulit. Nāq; eodē tpe cū penit⁹ exhar
stū eēt arariū & ad stipendiū frumenti deesset expēsa: loca publica quæ
in circuitu capitolii p̄cificibus: auguribus: decē uiris & flamib⁹s i pos
sessiōz tradita erāt: cogēte iopia uenditi sūt: & sufficiens pecūiæ modus
q̄ ad tps inopiæ subsidio eēt acceptus ē. Eodē in sinū tūc ipsius ciuita
tis euerfarū oīuz urbiū nudatarūq; terrarū abraſæ undiq; opes cōgerēbāt:
cū ipsa Roma turpi adigente inopia p̄cipuas sui ptes auctionabatur.
Quā ob rē cōsideret tunc tpa sua: cū quasi inexplebilis uenter cūcta cōsu
mens & sp̄c suriens cunctis urbibus qua miseris faciebat: ipsa miserior
nihil relinquēs nihil hēbat. & stimulo domesticæ famis ad continuatōz
bellicæ inquietudis trudebat. Iisdē tpiibus rex Sothimus cū magnis thra
cū auxiliis Graciā ingressus cūctos macedoniæ fines depopulatus est.
Tādēq; a Gaio Sentio p̄tore superatus rediit in suū regnū coactus ē.

Bellum Mithridaticum & bella ciuilia cœpere pene simul.

Nno ab urbe cōdita. dc. lxii. nōdum finito sociali bello: Romæ
primū bellū ciuile cōmotū est: eodemq; anno Mithridaticum